

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Lembke Albert Georg Pahlen

**Connexionis Institutionum Iuris Exercitatio ...**

**II : Continens Libr. II.**

[Rostock]: Keilenberg, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746222246>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Zusammenhang der  
Grundlagen des Rechts

Ru für 3687  
Jacob Lealke  
Emmanuel Mordt



# **CONNEXIONIS INSTITUTIONUM JURIS**

# EXERCITATIO II.

CONTINENS  
**LIBR. II.**

**DEO FVANT**

PRÆSIDE

DN. JACOBO Semper/J. U. D.

DEFENDENDAM PROPONIT

*in uniuersitate cibicis cibicis IN AUDITORIO MAJORIS*

HORIS CONSVENTIS,  
**ALBERTUS GEORGII** Wahlen 163

42 DIES. 27 APRIL. BOSTONIAN. VOL. II. NO. 1.

*AD DIEM. 27. APRIL. ROSTOCHII ANNO M.D.C.LXXXI.*


PRELO B. REILENBERGII, ACAD. TYP.

Offering the best selection of fine diamonds, gemstones and fine jewelry.

**Q**uoniam ut invenimus, etiam do eiusmodi interdigitationem, non nisi

*Wade into the water, effects of aquatic plants*

110.01.0.0



CONNEXIONIS INSTITUTIONUM,  
LIB. II.



Ecundum Juris ob-  
jectum RES, considerantur I. ra-  
tione DIFFERENTIARUM. II.  
ratione DOMINI. III. ratione  
OBLIGATIONIS. *infr. lib. 3. tit.*  
14. & seqq. DIFFERENTIA i. re-  
rum (TIT. 1. de rer. divis. & ad-  
quir. ear. domin.) est, qvod sint  
vel in patrimonio nostro, qvæ  
cuique ex variis causis adquiruntur, vel extra patrimo-  
nium, pr. qvæ iterum vel communes, §. 1. 35. vel publi-  
cæ §. 2. & 5. vel universitatis §. 6. vel nullius, ut res sacrae,  
§. 7. & 8. religiosæ §. 9. & sanctæ §. 10. DOMINIUM re-  
rum, qvod est jus in re corporali constitutum, qvo res nostra  
est, ADQVIRITUR vel JURE GENTIUM, vel CIVILI,  
*infratit. 6. & seqq.* JURE GENTIUM tribus modis ge-  
neralioribus, Occupatione, Accessione & Traditione. Oc-  
cupatio versatur vel circa animalia, & dicitur *captura*,  
de qua §. 12. usque ad §. 16. vel circa res & personas ho-  
stiles, & dicitur *captivitas*, aut occupatio hostilis §. 17.  
vel circa res alias potissimum inanimatas, & dicitur *in-  
ventio*, qvæ iterum est vel rerum ad littus maris ejectarū  
§. 18. vel thesauri §. 40. vel rerum pro derelicto habita-  
rum §. 47. in qvarum tamen numero non sunt res e-  
jectæ intempestate, levandæ navis causa, nec aliæ, non  
intelligentibus dominis amissæ §. ult. Accessio, est vel  
naturalis, vel industrialis vel mixta. Naturalis contin-  
git 1. Fœtura animalium §. 19. 2. Alluvione §. 20.  
3. Coalitione terræ visfluminis detractæ §. 21. 4. nati-  
vitate insulæ §. 22, 5. Alvei mutatione §. 23. Accessio In-  
dustrialis

*dustrialis* contingit, 1. Specificatione §. 25. & 26. 2. In-  
textura §. 27. 3. Confusione §. 28. 4. Commixtione.  
§. 29. 5. Inædificatione §. 30. & 31. 6. Plantatione §. 32.  
7. Satione §. 33. 8. Scriptura §. 34. 9. Pictura §. 35. *Mixta  
accessio* fit perceptione fructuum, à. b. f. possesore &  
usufructuario ex re aliena facta §. 36. 37. & 38. Traditio  
denique & vel *specialis*, vel *generalis*, ipso tamen facto  
declarata, jactatione nempe missilium §. 46. *specialis* est  
vel *vera* §. 41. vel *ficta*, qvæ iterum vel brevis manus,  
§. 44. vel *symbolica* §. 45. II. REUM DIFFERENTIA  
est, qvod sint aut corporales, qvæ *sui natura tangi pos-  
sunt*, aut incorpores, qvæ *tangi nequeunt*, sed *in jure  
consistunt* (TIT. II de reb. corp. & incorp.) qvales potissi-  
mum sunt SERVITUTES, qvæ vel REALES, ubi res rei  
alienæ servit, aut utilitatem præstat (TIT. III. de servit.  
præd.) vel PERSONALES. ILLÆ sunt vel rusticæ, qvæ  
debentur prædio rusticō, qvod usum rusticum præstat, ut  
iter, actus, via, æqvæ ductus, æqvæ haustus, pecoris ad  
aqvam adpulsus, jus pascendi, calcis coqvendæ, arenæ  
fodiendæ, pr. & §. 2. vel urbanæ, qvæ debentur prædio ur-  
bano, qvod usum urbanum præstat, ut servitus oneris  
ferendi, tigni immitterendi, luminibus non officiendi,  
stillicidii, vel fluminis recipiendi, vel non recipiendi,  
altius tollendi & non tollendi §. 1. PERSONALES ser-  
vitutes, ubi res personæ servit, sunt I. USUSFRUCTUS  
(TIT. IV. de Usurfruct.) qvi vel verus & dicitur *jus uten-  
di fruendi rebus alienis, salvæ earum substantia.* pr. vel  
quasi, qvi est rerum, qvæ usu consumuntur §. 2. II. USUS (TIT.  
V. de Uſu & Habitacion) qvi est *jus alienis rebus utendi ad  
necessitatem, salvæ earum substantia* §. 1. III. HABITA-  
TIO, qvæ est *jus alienas aedes inhabitandi* §. 5.

JURE CIVILI adquiritur rerum dominum vel  
MODIS SINGULARIBUS vel UNIVERSALIBUS. MO-  
DI

DI SINGULARES considerantur vel ratione SUI vel  
ratione PERSONARUM (TIT. 8. & seqq.) Ratione SUI  
considerati sunt quatuor I. USU CAPIO (TIT. VI. de-  
Usucap.) ad quam reqviritur 1. bona fides. 2. justus titu-  
lus, 3. res non vitiosa, 4. traditio à non domino facta,  
& 5. possessio per tempus legitimum continuata. pr. &  
§§. seqq. licet à successore §. 12. & 13. II. DON ATIO,  
(TIT. VII. de Donat.) quæ vel mortis causa, & fit pro-  
pter mortis suspicionem, comparaturque ultimæ vo-  
luntati §. 1. vel inter vivos, quæ fit sine ulla mortis co-  
gitatione, & iterum est vel simplex §. 2. vel propter nuptias. §. 3. III. LEGATUM. & IV. FIDEICOMMIS-  
SUM particulare, quod tamen duos modos Imperator  
infra Tit. 20. & 24. post materiam testamentorum, tan-  
quam eorum accessoria, commodiūs pertractandos  
reservat §. 6. per quas person. cuique & hic inserit  
PERSONAS circa adquisitionem considerandas, quæ  
vel ALIENANTES (TIT. VIII. qvib. alien. lic. vel non.)  
& quidem regulariter domini alienare possunt, exci-  
pitur maritus, quoad prædium dotale pr. & pupillus  
§. ult. interdum autem & non domino, nempē credi-  
tori, alienare licet. §. 2. vel ADQVIRENTES (TIT. IX.  
per quas person cuiq. adq.) adquiritur tam per nos meti-  
psos, quam per alios pr. ut liberos in potestate constitu-  
tos §. 1. & 2. servos proprios §. 3. & alienos §. 4. item per  
procuratorem §. 6. MODI ADQVIRENDI UNIVER-  
SALES itidem quatuor sunt §. ult. Hereditas Bonorum  
possessio. in fr. libr. 3 tit. 8. Adrogatio. Tit. 11. & addictio  
bonorum libertatum conservandarum causa Tit. 12.

I. modus HEREDITAS defertur, vel ex TESTA-  
MENTO vel ab INTESTATO, de qua lib. 3. Tit. 1. &  
seqq. TESTAMENTUM consideratur & INSE, & quoad  
ACCESSORIA. INSE quoad CONSTITUTIONEM,  
INFIR-

INFIRMATIONEM & EFFECTUM. CONSTITU-  
TIO respicit MODUM, CAUSAM EFFICIENTEM,  
& FORMAM INTRINSECAM. Respectu MODI  
Testamentum ex eo appellatur, *qvod testatio mentis sit*,  
*estque vel PAGANICUM* ( TIT. X. de testam. ordin.)  
*pr. qvod vel Scriptum, vel nuncupativum §. ult.* vel solenne,  
vel minus solenne. Scripti & solennis testamenti re-  
quisita sunt. ut adhibeantur 7. testes habiles, 2. illi  
specialiter rogantur, 3. subscribant, 4. subsignent, & qui-  
dem 5. congregati, ut 6. testamentum uno contextu  
fiat, & 7. testator subscribat §. 2. 3. & seqq. vel MILI-  
TARE. (TIT. XI. de milit. test.) qvod à militantibus  
in expeditione fit, nec solennitates superiores deside-  
rat pr. dummodo de seria militis voluntate aperte  
constet. §. 1. CAUSA EFFICIENS testamenti est te-  
stator, cui permisum est testamentum facere. (TIT. XII.  
*qvib. non est permis. fact. testam.*) qvibusdam autem  
id permisum non est, ut filiofam. excepto peculio  
castrensi & quasi castrensi pr. impuberi, furioso §. 1.  
prodigo, §. 2 surdo & muto certis casibus §. 3. cœco,  
nisi adhibito tabulario vel octavo teste, aliisque obser-  
vatis §. 4. & ab hostibus capto §. ult. FORMA INTRIN-  
SECA testamenti est INSTITUTIO HEREDIS i. e.  
*successoris in universum jus, qvod defunctus habuit, fa-*  
*ceta designatio, qvæ est vel PRIMA vel SECUNDA.*  
PRIMA iterum aut NECESSARIA, ipsorum nempe  
Liberorum ( TIT. XIII. de exheredat. libr.) Liberi  
enim, sive masculi sive foeminæ, sive sui sive emanci-  
pati, sive natii sive posthumii, sive primi sive ulterioris  
gradus, necessario sunt vel heredes instituendi vel  
nominiatim exheredandi §. ult. aut VOLUNTARIA,  
nempe extraneorum (TIT. XIV. de heredib. instit.) &  
qvorumcumq; aliorum sive servorum sive liberorum  
hominum

hominum. pr. sive unius, sive plurimū §. 6. sive pure,  
sive sub conditione facta. §. 11. & seqq. divisione faci-  
enda secundum dispositionem testatoris, aut Legis  
§. 7. & seq. SECUNDA heredis institutio in locum defi-  
cientis facta, sive SUBSTITUTIO, est vel VULGARIS  
(TIT. XV. de vulgar. substitut.) qvæ fit cuicunque etati &  
personæ à quocunque, in illum casum, si quis heres non erit  
pr. vel PUPILLARIS (TIT. XVI. de pupillar. substit.) qvæ  
iterum vel vera, & fit liberis impuberibus in potestate con-  
stitutis, in eum casum, si heredes erunt, & ante pubertatem  
decesserint. pr. vel quasi seu exemplaris qvæ fit liberis et  
iam puberibus mente captis, si in alienatione mentis de-  
cesserint. §. 1. INFIRMATUR testamentum aut IPSO  
JURE. (TIT. XVII. qvib. mod. testam. infirm.) partim  
qvando rumpitur pr. agnatione sui heredis §. 1. & poste-  
riore testamento jure perfecto §. 2. partim qvando fit  
irritum, capitis diminutione testatoris §. 4. ad mortem  
usqve durantis §. 6. aut OFFICIO JUDICIS, per que-  
relam INOFFICIOSI TESTAMENTI (TIT. XVIII. de  
inoffic. testam) qvæ iniq; exhereditatis aut præteritis  
liberis, imo parentibus, item fratribus, turpibus perso-  
nis scriptis, competit §. 1. si nihil iis à testatoribus re-  
lictum §. 3. EFFECTUS Testamenti potissimum con-  
sistit in ADQVISITIONE HEREDITATIS, qvæ fit se-  
cundum HEREDUM QUALITATEM ET DIFFE-  
RENTIAM (TIT. XIX. de hered. qual. & differ.) aut e-  
nim sunt necessarii pr. §. 1. aut sui & necessarii §. 2. qui  
ipso jure immixtione, aut extranei §. 3. qui aditione seu  
voluntate nuda, vel pro herede gestione, seu ipso facto,  
eam adquirunt. §. 6.

ACCESSORIA testamenti ut plurimū sunt LEGATA,  
FIDEICOMMISSA, ET CODICILLI. LEGATUM,  
quod est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede pre-  
standa.

§. 1. tit. seq. consideratur & qvoad CONSTITUTIONEM  
& qvoad ADEMPTIONEM. CONSTITUITUR autem  
(TIT. XX. de legat.) & legatur, tam res propria, licet obli-  
gata. §. 5. qvam aliena, sive heredis, sive tertii. §. 4. tam  
præsens, qvam futura. §. 7. tam corporalis, qvam incor-  
poralis. §. 21. tam species, qvam genus. §. 22. & 23. tam pu-  
re, qvam sub conditione. §. 31. iis tamen solū cum qvibus  
est Testamenti factio. §. 24. Et seqq. ADIMITUR le-  
gutum aut IN TOTUM voluntate testatoris, tam ad-  
emptione verbis vel factis declarata, qvam translatione  
in alium indefinite facta (TIT. XXI. de adempt. Legat.)  
vel PRO PARTE, legis auctoritate, per LEGEM  
FALCIDIAM (TIT. XXII. de Lege falcid.) qva cave-  
tur, ne ultra dodrantem testator legata distribuere  
possit, sed ut qvarta pars bonorum, semper penes here-  
dem remaneat, qvam vel retinere, vel à qvocunq; vin-  
dicare poteſt. pr. FIDEI COMMISSUM, qvod non dire-  
ctis & cīilibus, ſed obliqvis & precariis verbis relinquitur,  
aliud eſt UNIVERSALE (TIT. XXII. de fideicom. hered. &  
ad Senat. Trebell.) quo qvis hereditatem aut totam aut  
partem ejus alii restituere rogarunt. §. 2. Idqve vel in testa-  
mento vel ab intestato. §. 8. in qvo heres directo inſtitu-  
tus, qvartam partem, ſi illam salvam non habeat, per  
SCtum Trebellianum deducere potest, diviſis pro rata  
oneribus hereditariis. §. 5. Et seqq. niſi restitutio facien-  
da, certā aliquā re præceptā. §. 9. aliud SINGULARE  
ſive particulare, quo qvis ſingularem rem restituere roga-  
tur, qvod Legatis per omnia exæqvatum (TIT. XXIV.  
de sing. reb. per fideic. rel.) CODICILLUS. (TIT. XXV.  
de codicill.) eſt voluntatis ultimae minus ſolennis de-  
claratio. §. ult. coram qvinq; testibus, ſine di-  
recta heredis institutione facta.

§. 2.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn746222246/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746222246/phys_0011)

DFG



hominum. pr. sive unius, sive plurium §. 6. sive pure,  
 sive sub conditione facta. §. II. & seqq. divisione faci-  
 enda secundum dispositionem testatoris, aut Legis  
 §. 7. & seq. SECUNDA heridis institutio in locum defi-  
 cientis facta, sive SUBSTITUTIO, est vel VULGARIS  
 (TIT. XV. de vulgar. substitut.) qvæ fit cuicunque etati &  
 personæ à quocunque, in illum casum, si quis heres non erit  
 pr. vel PUPILLARIS (TIT. XVI. de pupillar. substitut.) qvæ  
 iterum vel vera, & fit liberis impuberibus in potestate con-  
 stitutis, in eum casum, si heredes erunt, & ante pubertatem  
 decesserint. pr. vel quasi seu exemplaris qvæ fit liberis et  
 iam puberibus mente captis, si in alienatione mentis de-  
 cesserint. §. I. INFIRMATUR testamentum aut IPSO  
 JURE. (TIT. XVII. qvib. mod. testam. infirm.) partim  
 quando rumpitur pr. agnatione sui heredis §. I. & poste-  
 riore testamento jure perfecto §. 2. partim quando fit  
 irritum, capitis diminutione testatoris §. 4. ad mortem  
 usque durantis §. 6. aut OFFICIO JUDICIS, per que-  
 relam INOFFICIOSI TESTAMENTI (TIT. XVIII. de  
 inoffic. testam) qvæ iniquæ exhereditatis aut præteritis  
 liberis, imo parentibus, item fratribus, turpibus perso-  
 nis scriptis, competit §. I. si nihil iis à testatoribus re-  
 licturn §. 3. EFFECTUS Testamenti potissimum con-  
 sistit in ADQUISITIONE HEREDITATIS, qvæ fit se-  
 cundum HEREDUM QUALITATEM ET DIFFE-  
 RENTIAM (TIT. XIX. de hered. qual. & differ.) aut e-  
 nim sunt necessarii pr. §. I. aut sui & necessarii §. 2. qv  
 ipso jure immixtione, aut extranei §. 3. qui adiunctione seu  
 voluntate nuda, vel pro herede gestione, seu ipso facto  
 eam adquirunt. §. 6.

ACCESSORIA testamenti ut plurimi sunt LEGATA  
 FIDEICOMMISSA, ET CODICILLI. LEGATUM  
 quod est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præ-  
 stando

